



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Milvius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A hęc, avem sub alio Rege conspectam quatuor capitibus insignem, latissimumque frugum omnium proventum subsecutum.

VER ET HYEMS. CAP. XXXV.

Sunt qui per venientem Gruem, tempus vernum; per Sabeanam, hyemem significari tradant: quandoquidem ea ales omnino est veris & hyemis nuncia, modo veniens, modo recedens: propterea quod calorem & frigus peregrie presentiat. Itaque cum frigus ingruit, alte sublata vastum quid inclamat: cum vero clementius est nata cœlum, per intervalla vocem emittit, & taciturna prope modum allabatur: atque ita vel ex accessu, vel recessu, & ex earum voce, nunc veris, nunc hyemis admonemur.



Grua Græcè aut hyemem nunciat.

B DE MILVIO. CAP. XXXVI.

NE vero picturæ desint, ex quibus temporum qualitates indicentur, cum æstatem Cicada, autumnalem vindemiam Epops, brumale tempus Alcyonè, ver Cuculus, Luscinia, & aliquot aliarum, advolat huc Milvius, in huiusmodi ipse quoque hieroglyphicorum caveam includendus.

VERNUM TEMPUS. CAP. XXXVIII.

ERat enim Milvius ipse quoque verni temporis hieroglyphicum, propterea quod ales ea verno primum tempore incipit apparere, certissimumque sit ejus nuncium. Unde etiam proverbium emanavit, *Milvius procumbere*: qui scilicet pauperum sit mos, hyeme jam deserviente, qua male semper afficiuntur, adventantibus Milviis procumbere eo genium cultu, quo Reges coli solent, ut apud Suidam legas. Aristophanes ait, eo apparente contrarium autumnò tempus ingruere, adesseque contendendi opportunitatem. Nomen autem illi *ιερνίω* apud Græcos in adventu, quod tanto scilicet desiderio expectatus accedat. Hanc autem loci temporisque cognitionem sacræ etiam nostræ literæ per Milvium ostendunt, in quibus habetur: *Milvius in cœlo non ignorat tempus suum: Turdus & Hirundo, & Ciconia, tempus ipsæ quoque adventus sui observare, populus autem meus iudicium Domini non cognovit.*

οὐδὲν δὲ παύσειν οὐ πρόβλημα
Sumptum ex avibus Aristophanus.

LŒCUPLES. CAP. XXXVIII.

Sunt qui locupletem hominem, laticisq; agrorum possessionibus ditissimum, per Milvii volantis hieroglyphicum significari tradant: siquidem is dum prædam enanciscitur, spaciosissima aeris intervalla uno oberrat impetu, quasi latifundia descripturus. In huiusmodi significatum Juvenalis Satyram nona:

Tot Milvius intra tua pascua lassis.
Et Persius prius dixerat: *Dives amat Curibus quantum non Milvus oberret.*

RAPACITAS. CAP. XXXIX.

SEDEM philosophi antiquiores illi, qui doctrinam ab Ægyptiis magna ex parte mutuati sunt, deq; hominum moribus per palingenesiæ figmenta differuere, cujusmodi est Plato, quiq; eum secuti sunt Plotinus & Harpocratio, Boethus & Numenius, rapacitatem per alitem huiusmodi intelligi tradidere, hominesq; eos, qui avaritiæ studuissent, promptiq; semper ac parati ad imbecilliorum expilationes, & rapinas, & violentas tyrannides fuissent, in Milvios ac lupos converti, ut Socrates, Phædone, disputat, abireq; omnia in ea genera opinati sunt, quorum in vita moribus similes fuissent. In Divinis quoq; literis Milvus pro grassatore prædoneve ponitur. Psalmo, ubi secundum Hebræos haberi ait Eucherius, *Milvi abies domus est*. Aristophanes ad hanc alludens rapacitatem, *ιερνίω* dixit *παντοφθαλμον καὶ ἀεραζον τεύετον*, alitem omnium ac rapacem Milvum. Admiratur Plinius rapacissimam & famelicam semper avem, nihil rapere umquam ex funerum ferculis, qua veteres erant ad sepulchra afferre soliti: persuasi scilicet defunctorum animas eundem tenere sensum, & iisdem affici

Milvus omnium vorax.